



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CXII. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt dem Kloster Lehnin das Dorf
Schmergow und den Hof Trebegoz, am 22. Januar 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Rochow, Johannes de Crochere, milites, Euerardus prepositus Stolpenfis, Hermannus de Luchow, nostri capellani cum aliis fide dignis. Datum Spandow Anno domini M^o. CCC^o. XVIII^o. feria tertia proxima post dominicam Oculi mei semper.

Nach einem Transsumt des Baccalaureus Bartholomäus Lowe vom Jahre 1442 im Geh. Staats-Archive.

CXII. Das Kloster Lehnin kauft zur Erweiterung des Pfarrgutes eine Hufe in Dalchow von den Grafen Gunther, Ulrich und Adolph von Lindow, im Jahre 1319.

In villa Dalchow unum mansum ad dotem appositum et assignatum vendiderunt pro XXIII marcis argenti Brand. et ponderis a Guntero, Vlrico et Adolpho Anno 1319.

Altes Verz. Lehniner Urf. — Gerken VII, 337.

CXIII. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt dem Kloster Lehnin das Dorf Schmergow und den Hof Trebegoz, am 22. Januar 1321.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Amen. Rudolphus Dei gracia Dux Saxonie, Angarie, Westphalie, Comes in Brene, nec non Burggravius in Magdeburg, univervis et singulis crisi fidelibus, presentes literas visuris seu auditoris, salutem in perpetuum, ad gestarum rerum memoriam sempiternam, que per scripturarum suffragia in lucem, ut ab omnibus videantur presentia, revocari (debent). Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod magnificus quondam Princeps Illustris Hermannus Marchio Brandenburgensis et Lusatie, noster fororius carissimus pie recordationis, dilectis in cristo fratribus in Lenyn, scilicet reuerendo in cristo patri domino Johanni dicto de Belitz abbati et conuentui suo ibidem iusta et libera bona sua uidelicet villam Smergowe et curiam Trebegotz cum omni iure et utilitate cum omnibus suis appenditiis absque qualibet exactione et omni seruitio communi et privato pro quingentis marcis minus viginti quinque Brandenburgensis argenti et ponderis vendidit et dimisit, iusto proprietatis et libertatis titulo perpetuo possidenda, secundum quod in dicti marchionis Hermanni Brandenburgensis literis patentibus super hiis confectis et traditis lucidius continetur: quam quidem venditionem et libertatem nostro nomine et nostrorum heredum omnium, a pie memorie Hermanno predicto marchione fratribus et Conuentui in Lenin rite concessam et traditam tenore presentium ratificamus ac confirmamus approbando. Nos uero volentes premissos fratres in Lenin, scilicet venerabilem in cristo dominum, dominum Theodericum abbatem et ipsius conuentum, atque ipsum claustrum uberiori prosequi gratia et favore, sepedictis fratribus et ipsius claustro in Lenin damus et donamus pariter et dedimus, ad omnipotentis Dei Reverentiam et eius matris Marie virginis gloriose, in nostrorum remissionem ac nostrorum progenitorum peccaminum, tam nomine nostro quam nostrorum heredum omnium, precariam, quam super bona predicta invenimus jacentem, perpetuo pacifice ad habendam et tranquillum, addentes et prohibentes, ut in supradicta villa Smergow et curia Trebegotz nullus aduocatorum nostrorum aut eorundem substitutus aut alius quilibet exactor precariarum nullo unquam tempore precariam, seruitia et onera

quelibet aut angarias presumat imponere uel audeat quomodolibet extorquere: pro qua inquam confirmatione et donatione predictus dominus Theodericus abbas in Lenin et suis conuentus nobis ducentas marcas argenti Brandenburgensis et ponderis benivole in recompensam largiendo tribuerunt. Vt autem hec nostra confirmatio et donacio perpetuis temporibus rata et inconuulsa permaneat, et a nostris non infringatur successoribus; presentes litteras munimine nostri sigilli cum testium subscriptione duximus firmiter roborandas. Testes huius rei sunt Heinricus de Kokeritz, Thidericus de Gréptitz, Loferus, Giese de Sticken, Hinricus de Rochowe, Henning Quartir, milites nostri: Dominus Ciriacus decanus in Acken, Thidericus noster Protonotarius et quam plures alii, quorum fides nullatenus est neganda. Actum et datum Belitz, Anno incarnationis domini M^o CCC^o XXI^o in die Vincentii martyris gloriosi.

Aus Seidel's handschriftl. Urkunden-Sammlung.

CXIV. Herzog Rudolph von Sachsen befundet, dem Kloster Lehnin das Dorf Töplitz auf der dem Kloster schon längst gehörigen gleichnamigen Insel verkauft zu haben, im Jahre 1321.

In nomine domini Amen. Nos Rodolphus, dei gracia dux saxonie, angarie, Westfalie, Comes in Bren, necnon burgravius in magdeburch, Tenore presentium recognoscimus ac publice protestamur, quod in insula topeliz, cuius proprietatem ad conuentum et ecclesiam Lenynensem de certo iam dudum scimus pertinuisse et adhuc pertinere recognoscimus, villam in eadem insula sitam, etiam Topeliz dictam, quam villam hennygnus dictus de Grobene, ab arnoldo milite dicto fac pro pecunia sua comparauerat, cum omnibus prouentibus et redditibus plene exoccupauimus, facta tamen resignatione predictorum bonorum omni ab eodem hennigno de Grobene ad manus nostras, pro eisdem bonis eidem hennigno alia bona alibi assignantes, que bona iam dictam uidelicet Topeliz cum omnibus prouentibus et redditibus domino Theodorico abbati Lenynensi et suo conuentui libera nomine nostro et heredum nostrorum omnium rite uendidimus et dimisimus, dedimus atque donauimus ac presentibus donamus, Recipientes pro fructu quolibet decem marcas. Quam summam pecunie predictos domnum abbatem et conuentum suum dedisse et nos ab eisdem recognoscimus plenarie recepisse. Vt igitur hec posteris liqueant et inconuulsa permaneant, sigilli nostri appensione munuimus honestorum virorum testimonio corroborantes, quorum nomina sunt hec: fredericus, henricus, filius eius, et albertus milites dicti de aluenfleue, otto miles dictus de Scenkendorp, Dominus nycolaus de Bernowe prepositus, Thidericus prothonotarius noster et alii quam plurimi fide digni. Actum et datum anno M^o.CCC^o.XXI^o.

Aus dem Originale des Ges. Staats-Archives.